

LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST

Leto 1922.

V Ljubljani, dne 21. novembra 1922.

Štev. 8.

54.

Pooblastila sv. stolice škofu v zakonskih zadevah.

1.

S. CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM.

Facultates matrimoniales.

Beatissime Pater!

Ordinarius Labacensis humiliter postulat a Sanctitate Vestra concessionem specialium facultatum matrimonialium, habita ratione urgentiae casuum qui satis frequenter recurrunt.

Sacra Congregatio de Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum a Ssmo D. N. Pio Papa XI. sibi tributarum, Ordinario Labacensi infrascriptas communicat facultates, quibus, sive per se sive per alias idoneas ecclesiasticas personas ad hoc specialiter deputandas, uti poterit in matrimoniis contrahendis et nulliter contractis cum suis subditis ubique commorantibus et aliis omnibus in proprio territorio actu degentibus, facta in unoquoque casu expressa mentione huius apostolicae delegationis ad normam Can. 1057:

1. Dispensandi iusta et rationabili ex causa super matrimonialibus impedimentis minoris gradus quae in Can. 1042 recensentur, nec non super impedimentis impediens de quibus in Can. 1058 ad effectum tantum matrimonium contrahendi.

2. Dispensandi ex gravi urgentique causa quoties periculum sit in mora et matrimonium nequeat differri usque dum dispensatio a Sancta Sede obtineatur super impedimentis maioris gradus infra recensitis:

a) consanguinitatis in secundo aut in tertio cum primo mixtis, dummodo nullum exinde scandalum aut admiratio exoritur;

b) consanguinitatis in secundo lineae collateralis gradu;

c) affinitatis in primo lineae collateralis gradu aequali vel mixto cum secundo;

d) publicae honestatis in primo gradu, dummodo nullum subsit dubium, quod coniux esse possit proles ab altero contrahentium genita.

3. Dispensandi tempore et in actu Sacrae Pastoralis Visitationis aut Sacrarum Missionum, et non ultra, super omnibus matrimonialibus impedimentis supra memoratis cum iis qui in concubinato vivere reperiuntur.

4. Sanandi in radice matrimonia nulliter contracta ob aliquod ex impedimentis minoris gradus si magnum adsit incommodum requirendi a parte ignara impedimenti renovationem consensus, dummodo tamen prior consensus perseveret et absit periculum divortii; monita tamen parte conscia impedimenti de effectu huius sanationis et debita facta adnotatione in libro matrimoniorum.

In usu facultatum de quibus in praesenti folio prae oculis habeantur quae in Can. 1048 ad 1054 statuta reperiuntur.

Curet Ordinarius in singulis praefatis concedendis dispensationibus ut nupturientes qui pares solvendo inveniantur aequam oblationem iuxta vires persolvant in obsequium Sanctae Sedis. Idem autem Ordinarius in fine cuiuslibet anni, referat ad hanc Sacram Congregationem de numero et specie dispensationum quas vigore praesentis indulti ipse fuerit elargitus et summam oblationum transmittat, salvo praescripto Can. 1056.

Pro facultate dispensandi super impedimentis mixtae religionis et disparitatis cultus sive singillatim sumptis sive cum aliis impedimentis concurrentibus, recurrendum ad Sanctum Officium.

Praesentibus duraturis usque ad annum quo ab Ordinario fieri debet proxima Relatio dioecessana, quousque nempe occasione praefatae relationis prorogationem harum facultatum petierit et obtinuerit.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die 4. Octobris 1922.

2.

SUPREMA S. CONGREGATIO S. OFFICII.

Facultates pro locorum Ordinariis circa matrimonia mixta.

Feria IV die 4. Octobris 1922.

Ssmus D. N. D. Pius divina providentia Papa XI, per facultates R. P. D. Commissario S. Officii imperitias R. P. D. Ordinario Labacensi facultatem benigne concedere dignatus est:

I. Dispensandi, iustis gravibusque accedentibus causis, cum subditis etiam extra territorium aut non subditis intra limites proprii territorii, super impedimento mixtae religionis, et, si casus ferat, etiam super disparitate cultus, ad cautelam; quatenus ante nuptias pars acatholica ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061, § 2, cautum omnino sit conditionibus ab Ecclesia requisitis, et Ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis acatholici de amovendo a parte catholica perversionis periculo, et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque acatholicum ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1, sub poena excommunicationis latae sententiae Ordinario reservatae a parte catholica incurrendae, iuxta can. 2319 § 1, n. 1, stricte ceteroquin servatis quae de parochis in casu agendi ratione statuta sunt in can. 1063 § 2.

Quod si partes actu in concubinato vivant, provideatur opportunis modis, ut scandalum, si adsit, removeatur et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur, praevia eius absolutione ab excommunicatione contracta, si forte matrimonium attentatum fuerit coram ministro acatholico, eique impositis congruis poenitentiis salutaribus.

II. Dispensandi iustis gravibusque accedentibus causis cum subditis etiam extra territorium, aut non subditis intra limites proprii territorii super impedimento disparitatis cultus (excepto tamen casu matrimonii cum parte iudaica aut mahumetana); quatenus sine contumelia Creatoris id fieri possit et ante nuptias pars non baptizata ad veram religionem adduci aut catholica ab ipsis nuptiis absterreri nequiverit, dummodo prius regulariter ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, cautum omnino sit conditionibus ab

Ecclesia requisitis, et ipse R. P. D. Ordinarius moraliter certus sit easdem impletum iri, scilicet: ex parte nupturientis non baptizati de amovendo a parte catholica perversionis periculo et ab utroque contrahente de universa prole utriusque sexus in catholicae religionis sanctitate omnino baptizanda et educanda; declarata insuper parti catholicae obligatione, qua tenetur, prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Nupturientes autem moneantur se, ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, ministrum quoque falsi cultus ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum adire non posse, ad mentem Cod. I. C. can. 1063 § 1; stricte ceteroquin servatis quae de parochi agendi ratione in casu statuta sunt in can. 1063 § 2. Quod vero attinet ad legitimationem prolis, prae oculis habeatur can. 1051.

Quod si partes actu in concubinato vivant, provideatur opportunis modis, ut scandalum, si adsit, removeatur, et pars catholica ad gratiam Dei recipiendam rite disponatur.

In reliquis, quod refertur ad publicationes, interrogationes de consensu et sacros ritus, si agatur de impedimento mixtae religionis sive disparitatis cultus, servantur praescripta Cod. I. C. cann. 1026, 1102, 1109; et huiusmodi nuptiis celebratis sive in proprio, sive in alieno territorio, R. P. D. Ordinarius invigilet ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

III. Sanandi in radice matrimonia attentata coram officiali civili vel ministro acatholico a suis subditis etiam extra territorium, aut non subditis, intra limites proprii territorii, cum impedimento mixtae religionis aut disparitatis cultus, dummodo consensus in utroque coniuge perseveret, isque legitime renovari non possit, sive quia pars acatholica de invaliditate matrimonii moneri nequeat sine periculo gravis damni aut incommodi a catholico coniuge subeundi; sive quia pars acatholica ad renovandum coram Ecclesia matrimonialem consensum, aut ad cautiones praestandas, ad praescriptum Cod. I. C. can. 1061 § 2, ullo modo induci nequeat; dummodo aliud non obstet canonicum impedimentum dirimens, super quo Ipse dispensandi aut sanandi facultate non polleat.

Ipse autem R. P. D. Ordinarius serio moneat partem catholicam de gravissimo patrato scelere, salutaris ei poenitentias imponat, et si casus ferat, eam ab excommunicatione absolvat iuxta Cod. I. C. can. 2319 § 1, n. 1, simulque declaret, ob sanationis gratiam a se acceptatam, matrimonium effectum esse validum, legitimum et indissolubile iure divino et prolem forte susceptam vel suscipiendam legitimam esse; eique insuper gravibus verbis in mentem revocet obligationem, qua semper tenetur, pro viribus tutandi baptis-

num et educationem universae proles utriusque sexus, tam forte natae quam forsitan nascituae, in catholicae religionis sanctitate et prudenter curandi conversionem coniugis ad fidem catholicam.

Cum autem de matrimonii validitate et proles legitimatione in foro externo constare debeat, R. P. D. Ordinarius mandet ut singulis vicibus documentum sanationis cum attestazione peractae executionis diligenter custodiatur in Curia locali, nec non curet, nisi pro sua prudentia aliter iudicaverit, ut in libro baptizatorum paroeciae, ubi pars catholica baptismum recepit, transcribatur notitia sanationis matrimonii, de quo actum est, cum adnotatione diei et anni.

In singulis autem praefatis sive dispensationibus sive sanationibus concedendis, R. P. D. Ordinarius expressam faciat mentionem Apostolicae Delegationis (Cod. I. C. can. 1057); et quod attinet ad facultatem sanandi in radice, mens est eiusdem S. Congregationis

ut Ipse nonnisi parochos, singulis vicibus, subdelegare possit.

Praesentibus valituris usque ad annum proximae relationis dioecesanae, quo tempore elapso, referatur sive dispensationum sive sanationum concessarum numerus Supremae S. Congregationi S. Officii.

Taxa exquiri solita pro qualibet dispensatione — quamque R. P. D. Ordinarius exigit, nisi pro casuum diversitate sit moderanda aut dispensanda ob paupertatem oratorum aliasve iustas causas — est 15 Libellae italic.

R. P. D. Ordinarius in fine cuiuslibet anni directe mittet ad hanc Supremam S. Congregationem quas taxas ipse reapse exegerit, detracta vero quinta parte, quam pro sui suaeque diocesis necessitatibus retinere poterit.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

55.

Letno poročilo Marijine kongregacije bogoslovcev in duhovnikov za leto 1921/22.

V vrstah duhovnikov in bogoslovcev se kongregacijska misel vedno lepše razvija. Temu je tudi priča lepo delovanje bogoslovcev-kongreganistov v preteklem letu in zanimanje gg. članov duhovnikov, ki so ob glavnem družbinem prazniku večinoma vsi poslali »renovatio« v znak svoje zvestobe in mlajšim v bodrilo.

Kongregacija je priredila na praznik Brezmadežne, dne 8. decembra 1921, lepo akademijo. V ljubezni do evharističnega Jezusa nas je vnel evharistični, misijonsko misel pa je uspešno širil misijonski odsek. Oba sta priredila vsak po eno akademijo. — Pri enem praktičnem shodu v dvorani Srca Jezusovega je podal g. škof. vodja Marijinih družb konzist. svetnik Janez Kalan poročilo o stanju in delovanju Marijinih družb v ljubljanski škofiji. Bivši konzularni uradnik g. Fr. Miklavčič pa je pri misijonskem odseku govoril o stanju katoličanov v Avstraliji in Seelandiji. — Živ-

ljenjepis sv. Gabrijela od Žal. M. B. je pripravljen in bo letos izšel, če le ne bo kake ovire.

Na prenovljenih hodnikih semenišča in zlasti pri raznih kongr. akademijah in prireditvah pogrešamo zelo kipa Marijinega. Kongregacija si je stavila za častno nalogo, da bo skušala kip nabaviti. Če bo mogoče, se to izpolni že letošnje študijsko leto, sicer bo pa morala lepa misel čakati boljših časov.

Poleg tega notranjega delovanja je napravila kongregacija korak naprej, stopila je v stik z akademsko kongregacijo in skupno z njo priredila majniško akademijo v Akademskem domu.

V preteklem letu je božja previdnost poklicala v večnost dva člana-duhovnika, čč. gg. Jožefa Logarja in Ivana Jeretina.

Novoizvoljeni odbor za štud. leto 1922/23: Anton Moder (IV.), načelnik; Mihael Jenko (IV.), tajnik; Maks Miklavčič (III.), blagajnik. Načelnik.

56.

Liturgične zadeve.

God sv. Cirila in Metoda. Po sporočilu gospoda nadbiskupa zagrebškega v dopisu z dne 15. oktobra 1922 je sv. kongregacija obredov z reskriptom z dne 24. maja 1922 odredila, da naj se god sv. Cirila in Metoda v prihodnje v vsej Jugoslaviji, tako za svetni

kakor za redovni kler, praznuje dne 5. julija sub ritu duplici secundae classis.

Novi oficiji. Formularje novih oficijev (Škof. list 1921 str. 86) za breviri in sv. mašo je pripravljen preiskrbeti ordinariat, ako župni uradi po dekanjskih

uradih najkasneje do 15. decembra sporoče ordinariatu število izvodov, ki jih žele prejeti. K posameznim oficijem se pripominja: Gospodje duhovniki, ki imajo stari brevir, imajo v njem oficij sv. Družine, sv. Gabriela in sv. Rafaela (poslednja dva v oddelku pro

aliquibus locis, 18. marca in 24. oktobra). Istotako so v prejšnjih (iz 1. 1893.) misalih in v novem misalu mašni formularji vseh teh treh cerkvenih praznikov. Formular za oficij sv. Ireneja (brevir in sv. maša) se bo pa rabil nov.

57.

Razne opomnje.

Spreglede zakonskih zadržkov. Po sporočilu apostolske nunciature v Belgradu, z razpisom z dne 15. septembra 1922, št. 264, so prenehala vsa pooblastila »extraordinariae, generales et speciales facultates, quae belli causa vel primis post bellum temporibus intuitu difficultatis S. Sedem adeundi, scripto vel vivae vocis oraculo vel quacunque via et medio forte concessae fuerint.« — Radi tega se morajo prošnje za spreglede večjih zakonskih zadržkov predlagati v bodoče sv. stolici. Župni uradi naj zato take prošnje zadosti zgodaj vpošiljajo ordinariatu. Stroški za spregled se ravna po imetju prosilcev. Za spreglede, dane in forma pauperum bo treba poravnati dejanske stroške in poštino, kar bo ordinariat za posamezne slučaje

sporočil. — Posebna pooblastila, ki jih ima gospod ordinarij, so razvidna iz prvega članka v tej številki lista.

Direktorij za l. 1923. Dekanijski uradi naj izvolijo, v kolikor tega še niso storili, pravočasno sporočiti semkaj število izvodov direktorija za l. 1923., ki se naročajo v dekaniji.

Krajevni in osebni pregled ljubljanske škofije (šematizem). Na razna vprašanja se odgovarja, da radi velikih tiskarskih stroškov ordinariatu absolutno ni mogoče založiti knjigo v obsegu, kakor je bila pred vojno. Stroški bi se izdaleka ne mogli pokriti. Izšla pa bo knjižica v skróčenem obsegu, toda popolnejša kakor l. 1919.

58.

Konkurzni razpis.

Razpisuje se Kůrchpergov kanonikat pri stolni cerkvi sv. Nikolaja v Ljubljani. Pogoji za pravico do tega kanonikata so razvidni iz Šk. l. 1911, str. 84. Kot zadnji rok za vlaganje prošenj se določa 20. dec. 1922.

Po okrožnici z dne 4. novembra 1922, št. 4212 sta razpisani župniji Št. Vid pri Stični in Tomišelj. — Rok za vlaganje prošenj je do 1. decembra 1922.

59.

Škofijska kronika.

Cerkveno odlikovanje. Za škof. duhovnega svetnika je bil imenovan škof. arhivar Frančišek Pokorn, župnik v Besnici.

Za župnega upravitelja je bil imenovan v Št. Vidu pri Stični Lavrencij Kos, kaplan te župnije.

Nameščeni so bili: Tomaž Javornik, bivši kaplan v Št. Vidu pri Stični, kot župni upravitelj v Javorju pri Litiji; novomašnik Alojzij Strah, kot kaplan v Dobropoljah; novomašnik Adolf Vračko kot vikar pri koleg. kapitlju v Novem mestu; Pavel Klemenčič za kaplana v Kranjski gori; p. Lavrencij Novak O. M. Cap. za kaplana v Krškem.

Resigniral je po upokojitvi župnik Janez Vidler

gar na župnijo Št. Vid pri Stični in se naselil v Radomljah.

V začasni pokoj je stopil Anton Gole, beneficiat v Št. Vidu pri Stični (biva na Golniku).

Konkurzni izpit so dovršili kaplani: Janez Burlik (Cerklje pri Kranju), Albin Gnidovec (Št. Jernej), Franc Osolnik (Čemšenik), Franc Sušnik (Moravče), Franc Šuštar (Metlika).

Umrli so: Franc Indof, župnik v Javorju pri Litiji, dne 26. oktobra 1922; Franc Gabršek, župnik v Tomišlju, (pogrešan), dne 26. oktobra 1922; Franc Steržaj, župnik na Koprivniku v Bohinju, dne 7. novembra 1922. — N. v m. p.!

Škofijski ordinariat v Ljubljani, dne 21. novembra 1922

Vsebina: 54. Pooblastila sv. stolice škofu v zakonskih zadevah. — 55. Letno poročilo Marijine kongregacije bogoslovcev in duhovnikov za l. 1921/22. — 56. Liturgične zadeve. — 57. Razne opomnje. — 58. Konkurni razpis. — 59. Škofijska kronika.

Izdajatelj šk. ordinariat. — Odgovorni urednik Josip Dostal. — Tiskala Jugoslovanska tiskarna.